

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Eucharisticon complectens IV offertoria ...**

**Königsperger, Marianus**

**Augustae Vindelicorum, 1748**

Widmung

**urn:nbn:de:bsz:31-36113**

REVERENDISSIMO  
PERILLUSTRI

AC

AMPLISSIMO  
DOMINO DOMINO

ROMANO

O. S. P. Benedicti in Antiquissimo ac  
Exempto Monasterio Prüflingensi

ABBATI VIGILANTISSIMO

*PATRI AC DOMINO SUO PLU-  
RIMUM GRATIOSO*



REVERENDISSIME  
PERILLUSTRIS  
AC  
AMPLISSIME  
DOMINE DOMINE  
PRÆSUL

**E**VCHARISTICON tibi debeo, EVCHARISTICON tuis manibus præfento, Reverendissime Præsul, pulcherrimum argumenti genus, quo hæc tibi opella mea attribuitur. Nam sive tuas in me gratias respiciam, *gratitudinem* illæ ex me justissimè reposcunt: sive spectem tuam in EVCHARISTICUM Numen ardentissimam devotionem, quid illi exhibebo *gratius*, præter Laudum carmina, quibus tam Venerabile Mysterium à sacris choris concelebretur? Suscipe igitur, Amplissime Pater! hoc filii tui EVCHARISTICON, quo

quo testatum velim me tuis gratiis innutritum, tuâ benignitate ad incomparabilem S. Professionis metam perductum, tuo sub Regimine & Pastoralis curâ monasticis regulis institutum, tuâ paternâ Providentiâ educatum atque conservatum esse. Suscipe Sacerdos Magne EVCHARISTICON infirmi ministelli, quo Agno illi cœlesti modulatas Laudes decanto, Cui Tu annos Jubilæos consecrâsti, Cui ex intimis medullis pectoris innumera vota profudisti. E quidem ante tredecim menses Sacerdotii Tui initia magna celebritate renovâras, sed & ita renovâsti, ut inde novum simul Jubilæum inchoares, utque pro amplissimis in cœlum meritis traducereris in Senectam & Senium, & duplicatâ corolla tua vittam redimires. Confortaris nempe pane EVCHARISTICO, ut solido gressu pergas ad montem DEI, & vinum EVCHARISTICUM lætificat cor Tuum, ne rerum humanarum forte labefactetur. Sic perge, & felicitate plenissima in Prûflingæ Tuæ solamen extende amplius Tuum Regimen Abbatiale! ita vovet

*REVERENDISSIMÆ  
AMPLITUDINIS TUÆ*

humillimus Filius

F. Marianus.